

Mythologia, Francfort, 1581 - VII, 09 : De Theseo

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[90\] : De Theseo](#)

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VII

Ce document est une version augmentée de :

[Mythologia, Venise, 1567 - VII, 09 : De Theseo](#)

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VII

[Mythologie, Paris, 1627 - VII, 10 : De Theseo](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VII, 09 : De Theseo](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Francfort, 1581 - VII, 09 : De Theseo, 1581

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 15/01/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/6009>

Copier

Présentation du document

Publication Francfort, André Wechel, 1581

Exemplaire Regensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Paginationp. 738-744

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Thésée](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

ac periculum illarum expetatur: quippe cum morbi, & pudor, & facultatum iactura, & vitæ non pauca pericula, voluptatum sint comites: ad quas sine his peruenire nunquam conceditur. Qui igitur per summa pericula voluptatem expetuerit nulla habita vel Deorum immortalium, vel sanctissimarum legum reuerentia, quo pacto poterit humanam animi formam retinere, ac non in terribissimam beluam conuertere? ut igitur voluptates periculorum plenas deuitemus, ut Deorum immortalium religionem colemus, ut eorum loca sacra ne contemneremus, hæc ipsa literarum monumentis sunt tradita ab antiquis: qui nihil non utile, plurimumque ad humanæ vitæ informationem pertinens ad nos transmiserunt, si quis rectè considerauerit. cum omnia contra huius ætatis scripta ab imperitis plerisque in lucem tradita, plena sint lasciuiz, auaritiæ, adulationis: nihilque minus curent, quam ut viros bonos ac temperantes legentes efficiant. Fuit alia Atalanta Iasonis filia, quam uxorem duxit Milanio, at ista de filia Schœne memoriz produntur, quæ fuit admodum libidini, & omni lasciuiz dedita, atque in Mænalo monte Arcadiæ versabatur. ac de Atalanta satis, nunc dicamus de Theseo.

De Theseo. CAP. IX.

THESEVS Neptuni & Æthre filius fuisse dicitur, ut traditum est in fabulis: quem tamen Plutarchus in eius vita non Neptuni, sed Ægei fuisse scripsit, cui sententiæ assensit Ouidius etiam in his:

*Nec pater est Ægeus, nec tu Pittheos Æthra
Filius: autores saxa fretumque tui.*

Fama est hunc aliquando cum puer esset adhuc, quo tempore Hercules Troezenem ad Pittheum venit, leonis pellem quam gestabat Hercules, vidisse, atque securim e manu serui cuiusdam extorsisse illam beluam cæsurus, quia leonem esse putasset, cum reliqui Troezeniorum pueri visa illa pelle aufugissent. Hic postea cum adoleuisset, Hercules virtutem ac fortitudinem imitatus, multos latrones & maleficos homines ubique sustulit, orbem terrarum peruagatus, & Scironem, qui in monte non procul ab Athenis intra Megara & Isthmum, multos mortales e præcipiti loco deiecit, idque mortis genus experiri coegit, quo viatores ipse interimebat. Alij tamen dixerunt, inter

Inter quos fuit Socrætes, quod aduenis pedes lauādos protē-
debat, ac lauantes ex altissimo loco in mare deturbabat. Idem
Theseus Cercyonem in Eleusine palestra suffocauit, sicut is so-
lebat peregrinos: idem apud Cephisum amnem latronem
Polypemonem cognomine Sinnin, ac Procrusten habitan-
tem in loco vocato Corydallo Atticæ, pinus ad terram vi de-
flectentem, & alligatos illis hospites arboribus in suum locum
cælis retinaculis reuertentibus crudelissimè laniantem ac dis-
cerpentem, interemit: idem Peripheten Epidauri Vulcano
natum, ænea claua in pugna utentem, trucidauit: aliosque la-
trones varia crudelitatis genera in hospites exercentes ob-
truncauit, ut testatur Plutarchus & Strabo libr. nono. Hic tan-
tæ virtutis fuisse dicitur, ut multis viris fortibus fuerit auxilio
in præclaris facinorib. obeundis. Et ad opprimendum aprum
Calydonium conuenit, & Adraсто opem tulit in recuperandis
cælorum ad Thebas cadaueribus, atque cum Pirithoo Cen-
tauros debellauit, & ad inferos postea descendit, vnde fuit (ut
diximus) ab Hercule liberatus. Fama est quod cum gloria
Theseus, nominisque virtutum suarum celebritate fidem pro-
pè omnem superaret, antequam Pirithoum sibi conciliaret:
Pirithous volens eius virtutem experiri, boues illius è Mara-
thone abegit: tum iniuria hostis motus Theseus illum è vesti-
gio persecutus est. Pirithous nihil territus eius aduentu, illi in-
sequenti etiam intrepidus sit obuius. Theseus eius magnitu-
dinem animi, atque corporis præstantiam admiratus, in col-
loquium venit: quare coorta est inter illos amicitia. Iniuit au-
tem Theseus societatem cum Pirithoo in loco quodam Atti-
cæ non procul à Serapidis templo, ut ait in Atticis Pausanias. Hic
ante Pirithoi societatem cum esset adhuc adolescens, in Cre-
tam cum iis nauigare voluit, & vnus esse ex illis, qui quotan-
nis pro morte Androgei ad Minocem Crete regem tributum no-
mine mittebantur: quos dicebant in labyrinthum inclusos à
Minotauro vorari. Fabulantur Asterium siue Minotauri cor-
pus totum habuisse hominis, at caput bouis. hic erat in laby-
rintho loco amplissimo & inextricabili viarum multarum
ambage, qui factus fuerat ad Ægyptij illius labyrinthi formā,
qui fuit apud vocatam ciuitatem Crocodilorum: cuius operis
magnificentiā ita describit Herodotus in Euterpe: *ἡ γὰρ τῆς τοῦ*
Ἰεῦ ἀλυστῆρος ἐκ τῆς ἰσθμῆς ἀπὸ τῆς ἐν Μινωτικῇ πόλει ἀναστῆς

πόντιαι καὶ ὁκαπείνε φασὶν εἶναι τῆ λαοφρεσίᾳ τῆτι καὶ τῆ
 εἰσιολογίᾳ καὶ ὁ δ' ἐφ' ὅσον τὸς, καὶ ὁ δ' ὁ σάμω. ἡ δ' αὖ μὲν οὐκ
 καὶ αἱ πυραμίδες λέγουται μύθους, καὶ πολλὰ ἰσχυρὰ αὐτῶν εἰς ἀν-
 νικῶν ἔργων καὶ μαγίστων ἀντικείμενα. ὁ δ' ἔδῃ λαοφρεσίᾳ καὶ τὰς πυ-
 ραμίδας ὑπερέβαλε. τῶν αὖ δυνάμεων μὲν εἰς αἰὲς κατεσκευασ-
 μέναι, ἀντικείμενα ἀλλήλοις, ἢ μὲν πρὸς βορρην, ἢ δὲ πρὸς νότον τε-
 τεταμμένα συνήχθη. τοῖχος δ' ἔχων ὁ αὐτὸς σφίγας πόδας γ-
 οικήα τε δ' ἑνὶ διπλᾷ, τὰ μὲν ὑπὸ ποσσίν, τὰ δὲ κατὰ πόδας ὑπὸ
 νηυσὶ τεταχίλια, ἀριθμὸν πεντακοσίων καὶ χιλίων ἔχοντα. Quare
 si quis amplissimos muros, & adificia Græcorum cōsideret,
 multo inferiora & opera, & sumptus magnificentia hoc
 labyrintho apparebunt. Est sanè percelebre & magnificum
 templum illud Ephesium & Samium, atque Pyramides si-
 dem propè superant, quarum unaquaque cum multis Gra-
 eorum adificiis posset comparari. At Labyrinthus ipsas et-
 iam Pyramides operum mirabilitate superat, longoque in-
 ternallo relinquit. Huius siquidem duodecim sunt aulae re-
 cto cooperta, portas habentes inuicem oppositas, quarum sex
 in Boream spectant ordine conuersa, sex Notam respici-
 unt. Unus est murus exterior, qui illas intra se continet.
 Domicilia sunt internis duplicia: alia quidem subterra-
 nea, alia sublimia & sub illis numero ad tria millia: atque
 utraque ad numerum mille & quingentorum accedebant.
 Ad huius imitationem labyrinthum excogitauit Dædalus in
 Creta, in quem includebantur iuuenes tributum nomine ad
 Minoem missi, qui à Minotauro vorari putabantur. Verum
 cum Theseus eò nauigasset, ab Ariadna Minois filia Dædali
 inuentione edoctus fuit, quo pacto caeso Minotauro ab inex-
 tricabili viarum errore se expediret, & ad ingressum reuerte-
 retur, ubi filum annexerat. Hic igitur capta secum Ariadna
 salutis suæ artifice in Naxos insulam defertur, ubi à Baccho ad-
 monitus fuit, ut Ariadnam relinqueret: qui timore diuino
 perculsus, dum illam profundissimo somno immerfam vidis-
 set, vela in ventos explicauit, & ex insula profugit: quam post
 ea duxit Bacchus, & ex ea Thoantem, Oenopionem, Staphy-
 lum, Euanthem, Larramym, Tautopolim suscepit. Memo-
 riæ prodidit Theopompus, Minoem, cum Theseum reli-
 quamque iuuenum Atheniensium manum accepisset, Peri-
 boræ amore captum fuisse: cuius libidini cum Theseus aduer-
 saretur,

faretur, ita commotus Minos & alias multas contumelias dixit in Theseum, & illum Neptuni negavit esse filium. His addidit præterea quod non posset eam gemmam quam gestabat, si in mare abiecisset, sibi restituere. Deinde cum ea dixisset, gemmant in profundissimum gurgitem maris abiecit. Quo tempore memorant Theseum cum illa gemma, & corona quadam ab Amphirrite dono accepta emerfisse: quam coronam ad perpetuam eius facinoris memoriam inter sidera relata à Neptuno fuisse inquirunt. Plutarchus tamen in Thesei vita illum filium Ægei fuisse scripsit, eius qui mari Ægeæ nomen dedit: quamvis Nicocrates Cyprius ab insula Capræ vocata: Conon ἀπὸ τῆς αἰγὸς νεκραίας, à capra Percania scilicet nominatum putavit: Nicostratus à Carystia, quæ fuit etiam Ægeæ nominata. Atque cum prius in pagos dispersi essent homines Athenienses, ipse Theseus dictus est illos in una mœnia inclusisse, legesque dedisse, & popularem administrationem ibi instituisse, quæ usque ad ea tempora perduravit, quibus Pisistratus oppressa republica tyrannidem inuasit. Fama est Amazonas bellicosas feminas in Græciam aliquando cum armis hostiliter irrupisse: atque in agrum Atheniensem præcipuè impressionem fecisse: quibus addiderunt Antiopen ipsarum Amazonum reginā, vel, ut alij maluerunt, Hippolyten, fuisse à Theseo superatam, cum illi Scythæ opem tulissent. Nam illæ collectis multis viribus per Thraciam ad Cimmerium Bosporum penetrarunt, multamque Europæ partem permagatæ castra posuerunt denique in loco Amazonio ab illis vocato, qui fuit agri Atheniensis. Theseus collectis satis validis viribus urbanis iecum habens uxorem suam Antiopen, de qua suscepit Hippolytum filium: commisit prælium collatis signis, atque cum victoria penes ipsum post diurnam pugnam fuisset, alias ex Amazonibus obtruncavit, alias coegit ex agro Atheniensi fuga excedere. Fama est Theseum fuisse inventorem palæstræ, ut ait Pausanias in Atticis, artemque palæstritarum perfecisse: cum antea corporis magnitudine tantum ac robore luctarentur, arte protus ignorata. Theseus multas mulieres rapuisse dicitur: nam Antiopen rapuit, & Phædræ abducturus, veritus ne qui filij nascerentur ex ea, aut Hippolyto, illis Hippolytus dominaretur, Hippolytum ad Pittheum dicitur amandasse. Illud autem fecit, tum ut apud il-

hunc educaretur, cum etiam ut in eius regnum Hippolytus succederet. Mox Pallante atque eius filius cecidis, quia res novas molirentur, Træzenen proficiscitur ut se de eade purgaret: quo tempore primum ubi Hippolytus Phædræ visus fuisset, ac in eius desiderium illa incidisset, hæc postea contigerunt, quæ memoriæ prodita sunt de Hippolyto. Postmodum Aphidnæ Helenam raptam ferunt, quæ ciuitas postea à Castore & Pollice Theseum insequentibus euer'a est, & Helenæ recepta, ut ait Strabo libro nono, quo tempore Theseus ætatis suæ annum quinquagesimum agebat. Cum verò Helena in Lacedæmonem à Thesprotis, quò cum Theseo & Pirithoo iuerat, se recepisset, è Theseo grauida Argis enixa est, ubi templum magnificum Lucinæ erexit, ut ait Erasistratus, & Pausanias in Corinthiacis: quamuis Ouidius in epistola Helenæ dicat illi virginitatem à Theseo minime ereptam in his carminibus:

An quia Vim nobis Neptunius attulit heres,

Rapta semel, videor bis quoque posser apud

Crimen erat nostrum, si delinqua fuisset:

Cum sum rapta, mecum nil nisi nolle fuit.

Non tamen ex factis fructum tulit ille peritum:

Excepto redi' passa timore nihil.

Oscula iuuant tantummodo pauca proterui

Abstulit: Ulterius nil habet ille mei.

Habuit filios Demophontem & Acamantem, de quibus ita meminit Euripides in Heraclidis:

ὁ δὲ πατὴρ παῖς εὐμεφὺν ὁ θεός,

ἀκίμας τ' ἀλλόφες, τῶν δ' ὀνήμοι λόγον.

Est Demophon bono patre natus Theseo,

Acamasq, frater, verba quæ nostra audiunt.

Narrant Theseo iactis fortibus Helenam contigisse, ea tamen conditione ut prius iurarent, ut, utri illa eueniret, is operam suam concederet alteri dum mulierem sibi raperet. Fabulantur igitur hos audita eximia forma Proserpinæ ad inferos descendisse, atque diuturno labore itineris fessos super saxo quodam consedisse apud inferos, unde postea surgere non poterunt, donec ab Hercule ad Cerberum educendum eò profecto liberatus fuit Theseus. Alij dicunt Theseum cum Pirithoo venisse in Thesprotidem, qui nimia vxoris cupiditate arma sumplerat, atque commisso prælio cum Thesprotorum rege, magna

magna parte exercitus amissa, coniectum fuisse in vincula ad Cichyrum, ille postea Lycomedis iussu à Scyris perbenignè exceptus in Scyro insula per insidias dicitur fuisse obtruncatus, ad cuius mortis ultionem Cimon Scyron urbem deleuit, & ossa Thesei Athenas reportauit. Hæc pauca de Theseo, quæ apud omnes poetas decantantur, quæque fabulosis narrationibus magis, quàm veris historiis sunt similia, ex illis multis quæ de illo traduntur, colligere volui. Dictus est Theseus Neptuni fuisse filius, quia viros fortes, qui humanatum virium facultatem superare viderentur, aut quibus res maritimæ se iciter successissent, Neptuni filios antiqui vocarent, cum nullum Deum vel promptiorem vel ferociorem Neptuno haberent, in quem reserret. Huius celebritas nominis apud multos scriptores clauit, quoniam ad Herculis imitationem permulta suæ virtutis exempla vbique maleficis delendis hominibus dedit, crudelissimisque tyrannis & latronibus trucidandis. Fieri enim non potest, vt quæ præclare cum virtute gesta sunt, meritis laudibus, & honorificis scriptorum præconis careant: quæ plurimum conferunt & impellunt ad clarorum virorum imitationem. Nam si taceantur insignium virorum res gestæ, ibi pro virtute desidiæ & ignauiam dominari necesse est. Cur labyrinthi forma, & inexplicabiles viarum ambages, aut cur tot de Minotauro verba audiuntur? num posteris etiam labyrinthi terrorem in animis imprimere voluerunt antiqui, qui nihil nisi ad utilitatem mortalium, & ad humanæ vitæ institutionem scripserunt?

¶ Nihil aliud significare voluerunt per illum labyrinthum, nisi perplexam esse, multisque difficultatibus implicatam vitam hominum, cum ex aliis aliæ semper grauioribus oriantur: è quibus nemo se, nisi per singularem prudentiam & fortitudinem, explicare potest. Verum neque illud solum in priuatam vitam cadit, sed multo magis in magistratus, & in auaritiam, & in ambitionem hominum, quæ omnia mirificis difficultatibus sunt implicata. Nam si viri boni & prudentes potius quàm ambiciosi summæ rerum præessent, omnes difficultates propè, quibus humana vita vexatur, deleterentur: quoniam nihil est adeò formidabile, aut arduum, aut laboriosum, quod virtute non superetur. Hæc vna causa fuit cur tot de Theseo apud omnes scriptores audiantur: neque enim potuit

sine Dædali arte se Theseus explicare, siue sine diuinitate quadam & præstantia ingenij. Verum quia difficilius est voluptatum quam difficultatum certamen; atque multi superatis omnibus horrificis monstris, & grauissimis periculis, postea voluptatibus ita fuerunt irretiti, vt in summum capitis discrimen peruenirent: ideo multas mulieres a Theseo raptas, & cum in grauissimas arumnas propter mulieres deniq; incidisse, fabulantur: cum vix fratrum Helenæ impetum euasisset, & à Centauris propè fuerit oppressus, & ad inferos descendens inde redire, nisi adiutore Hercule, non potuerit. Nam cum firmitate neruorum, corporisque fortitudine eximia aliquando & effrenata libido esse conlueuit, quæ temperantia & quadam animi moderatione indiget. Hanc tamē fabulam ad historiam nonnulli perducere conantur, vt testatur Zetes hist. si. chil. 2. & Plutarch. in Thesei vitæ: qui Proserpinam illam filiam Molosso- rum regis Plutonis fuisse inquit, uxorem Cererem, Cerberum acerrimum canem, cuius regis filiam rapere Theseus ac Pirithous patantes deprehensi sunt. Tum Pirithous ab eo cane laniatus interiit, Theseus in vincula coniectus sequentibus temporibus ab Hercule eò accedente liberatur. Pausanias in Atticis non per dolum inquit ad Plutonein Thesprotorum regem hos venisse, ac filiam rapere voluisse, sed Pirithoum nimia uxoris cupiditate impulsus arma cepisse, tum exercitus magna parte amissa cecidisse in pugna Pirithoum, ac Theseum captū in vincula ad Cithyrum coniectum: quem finem omnes propè illegitimæ libidines sortiuntur. At nunc dicatur de Tereo.

De Tereo. CAP. X.

TEREVS, Martis & Nymphae Bistonidis filius, grauissimum & ipse supplicium subiuit ob immoderatam libidinem: quippe cum non à patria solum profugere coactus sit, sed etiam humanam figuram in formam auis commutauerit. Hic Pandionis Athenarum regis & Zeuxippes filiam Progenem uxorem duxit, cum ipse Thraciæ & Phocidi imperaret. Nam ubi Athenæ conditæ fuerunt, primus omnium regnavit Actæus, huic successit Cecrops, qui filiam Actæi habuit in matrimonio, atque ex illa Hersen, Pandrosū, & Aglaurum, filium verò marem Erysichthonem suscepit: deinde Erysichthone mortuo ante patrem regnum deuolutū est ad Cecropem, hinc